Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

i, 8: 6. Dec, 69. Rip:
2: 16 Febr. 70. Rip:

No. 3488.



L. N. 635.

H

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Nec sanctas curas et magna incepta Philippus
Deserit, quod tristi turbatus tempore differt:
Jo. Major de Phil. Mel.
Rep: d: 16 Febr: 70.

Ad

Ξενος ειμι, Κυριε.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Proxima sic culpa est ultio justa Dei.
Rep: d: 17. Febr: 70.

Ostende fidem ex operibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

ELEGIA
DE OBITV PIISSI-
MÆ ET NOBILISSMÆ OM-
*niq́; caſtitatis, modeſtiæ, cæterarumq́; virtutum
præſtantiſsimæ Dominæ* METTHAE OXE, *gene-
roſi & piè defuncti* IOHANNIS BARNEKO
de BIRCHOLM *relictæ coniugis, quæ ex hac miſera-
rum valle in vera Dei inuocatione ad cæleſtem emi-
grauit patriam Haſniæ 25. die Martij Anno repa-
ratæ Salutis* CIↃ IↃ LXXXII. *Scripta &
dedicata generoſ: & eruditiſ: iuueni*
CHRISTIANO BARNEKO
filio mœtiſsimo
à
PETRO FRANTZIO F:
Haffnienſe.



HAFNIÆ,
Impreſsit Laurentius Benedictus, 1582.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

AD GENEROSISS: ET DOCTISS: CHRISTIERNVM BARNEKO FI-LIVM MAESTISSIMVM.

ACcipe nunc mœſtam BARNKO celeberrime Muſam,
Ad te quæ triſtes fert tremebunda gradus.
Da placidam CHRISTERNE manum, timidumq́; pauorē
Excute, quos cernis verſus amice lege.
Ipſa tibi matris mortem memorabit amandæ
Mens adiit cuius non temerata polum.
Parua licet mihi vena Diis ſit miſſa ſupernè
Non potui idcircò non tibi parua dare.
Qua poſſem triſtem teſtari ritè dolorem
Atq; animi pariter ſenſa referre mei.
Vt tua nunc læti ſpeciem prudentia regni
Seruat & excellens auget vbiq; decus.
Conſiliisq; tuis patriæ velut ardua terræ
Laus viget, & priſcos vincere tentat auos.
Sic age præteritis decus hoc coniungito factis
Et cupida Muſam ſuſcipe mente meam.
Quod (velut haud dubito) ſi feceris illa, recondens
Hæc animo memori, pòſt meliora dabo.

P. F. F. H.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

MVſice depoſitis libris pauliſper & armis
Ordo ades et mecum triſtia fata cane.
Vt tantam lachrymis poßim recitare ruinam
Mors properata nimis quam dedit ante diem
Ah dedit ante diem cùm te generoſa necauit
METTHA ô Daniaci gloria magna ſolj.
O hominum ſpes incertas ó lubrica vota
Omnia quám dubio ſtantq; caduntq; pede.
Quam fragilem crebrò ſpem nunc quoq; paſcimus omnes
Quâm ſubitò in peius dulcia quæq; cadunt?
Quod ſic humanis ſemper mors inuida rebus,
Surripit et noſtrum turbat agitq; genus.
Et nihil hîc præter lachrymas triſtemq; dolorem
Linquit ſic rapit heu mors inopina bonos.
Quo ferar ? vnde meo ſolatia viua dolorj
Inueniam ? eſt lachrymis humida carta meis.
Noſtri animi Muſæ ardentes extinguite curas
Pectoris et veras arte leuate notas.
Nulla etenim placant præſtantia munera mortem
Non virtus nec ſtirps, ſplendida ſceptra ſimul.
Pondera non auri nec diuitis optima Cræſi
Conciliant animum mors violenta tuum.
Magnus Alexander cecidit poſtq̃ omnia mundi
Regna ſub imperium vidit adacta ſuum
Quid referam ? nullæ poßunt depellere mortem
Herbæ, nec placant forma decusq; micans.

Sat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Sat generoſa ſibi medicamina contulit ipſa
METTHA Chori cultrix optima Apollinej.
Mors igitur cum ſit Medicinæ peſtifer hoſtis
Suſtulit en METTHAM proh dolor ante diem.
Dicite propterea veſtræ pia funera alumuæ
Progeniemq; huius condecorate piam.
Dicite Pierides inquam modo dicite Muſæ
Quænam cauſa latens ſit fueritue necis?
Heua nocens hominum mater, primæuus Adamus
Prima mali cauſa eſt, altera noſtra patet
Nempe quod in vicium ſit mens procliuis & ipſi
Augemus propria nos leuitate ſcelus.
Hoſpitibusq; hoſpes coniux formoſa marito
Inſidias nec non cuncta nefanda ſtruit.
Inſuper et quicquid peruerſi continet orbis
Cauſam triſtitiæ fertur habere necis
Hinc mors peccati precium commune tenetur
Effugere ipſius ſpicula nemo poteſt.
Præterea emeruit mortem ille nepotibus atram,
Non ſecus ac ſceleris, proh dolor eſſe reos.
Hinc ſequitur quod ſic mors in nos ſæpe redundat
Ac mala tanta piis implicat arte ſua.
Hinc ſumus ampla nimis ſpolia & ludibria mortis
Nos trahit adductos nos necat abſq; ioco.
Imponit genus omne crucis duroſq; dolores
Et clades pariter triſtia fata piis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Omnia ſolius chriſti miſeratio mortis
Spicula diuina damna leuauit ope.
Dum patris æternj mentem placauit in ara
Exiſtens miſer et victima grata crucis.
Ne genus æterna moreretur morte gehennæ
Triſtia ſentiret nec pia turba magis.
Ergò quantumuis mortem tolerare iubemur,
Hæredes regnj turba redempta ſumus.
Corpus enim patitur, ſed mens bene conſcia rectj
Cæleſtem patriam iugiter ipſa petit.
Hoc generoſa ſatis bene preſtitit vndiq; viuens
METTHA, fuit longos viuere digna dies.
Diuini id verbi teſtantur vbiq; miniſtri
Anchora pauperibus portus & aura fuit.
DANIA profundens lachrimis teſtatur apertè
Exhibuit vitæ quod paradigma ſuæ.
Cæleſtis placuit dum veſci luminis aura
Virtutem aßiduè quamlibet excoluit.
Nil opus hic mæſtis lachrymis CHRISTERNE benig=(ne
Virtutum ſpecimen mater amanda fuit.
Ipſa quidem fruitur parto pietate triumpho
Nomen non ſtygias ſentiet eius aquas.
Cum patre cum reliquis qui ſunt tibi ſanguine iuncti
Occupat æterni gaudia vera polj.

EPI.

EPITAPHIVM PIISSIMÆ & GENEROSISSIMAE DNAE: METTHAE BARNEKO.

ECce ſub hoc recubant perfrigida membra ſepulchro
METTAE, olim coniux BARNEKO IANE tua.
BOXORVM generoſa fuit de Stemmate, fortis
Rebus & in duris anchora pauperibus.
Subſidiumq́ viris Domini qui dogmata ſpargunt
Donec terrenis floruit aucta bonis.
Corpus terra tegit, cæliq́ nouemplicis orbes
Spiritus acceſsit, nec ſine laude iacet.
Veſcitur Ambroſia & diuino nectare METTHA
Cuius cura fuit ſola timere Deum.
In Chriſti pariter requieſcens molliter vlnis
Primitias vitæ non pereuntis habet.
Inſuper illa ſui meliori parte triumphat
Angelicæ expectans vltima ſigna tubæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Carmina proveniunt animo deducta sereno.
Ovid.

Dulce est desipere in loco
Horat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

Grex totus in agris
Unius scabie cadit et porrigine porci.
Juven. II.

Oderunt hilarem tristes,
Hor.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)

3488.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3488 4° (LN 635)